Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

multum misericordie et veraxc. Respice in
me et miserere mei: da imperium tuum
puero tuo: et saluum fac filium ancille
tue. Fac mecum signum in bono: ut
videant qui oderunt me et confundantur
quia tu adiuuisti me et consolatus es me.
Fundamenta eius in montibus
sanctis: diligit dominus portas sion
super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero rahab et babylonis: scientibus
me. Ecce alienigene et tyrus et populus e
thiopum hi fuerunt illic. Numquid
sion dicet homo et homo natus est in ea:
et ipse fundauit eam altissimus. Do-
minus narrabit in scripturis populorum: et principum
horum qui fuerunt in ea. Sicut letan
cium: omnium habitacio in te.